

son super hoc iudicium prestantibus oportune. Date stucholmis. Anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> Nonagesimo III dominica sancte trinitatis. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Sigillet, i grönt vax på utklippt remsa, skadadt.

1094.

1293 d. 31 Maj.

Skällwik.

Kyrkoherden i Hvetlanda Elors gåfvobref på alla de gårdar han i Hvetlanda köpt, hälften till Biskopsbordet och hälften till Domkyrkan.

B 3. 62.

Omnibus presentes litteras inspecturis ELAUS Rector ecclesie hweteland salutem in domino sempiternam. Pateat vniuersis quod ego sanus et incolumis mentisque mee compos omnia predia mea titulo empcionis acquisita que in hwetelandom possideo cum omnibus suis attinenciis pro anima mea ecclesie confero lincopensi jta quod exnunc medietas ad mensam cedat episcopi. Et medietas eorum ad vsus pertineat ecclesie memorate In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo reuerendi patris. dominj L. episcopi lincopensis presentibus est appensum Datum & actum in skioldo-wiik anno domini Millesimo .CC.XC tercio. secundo kal. Junij.

1095.

1293 d. 6 Juli.

Fru CHRISTINA, Johan Elefsons dotters, Lagmannen Birger Persons Frus, testamente, hvari kyrkor, alla kloster och hospitaler inom riket, henne man, öfriga arfvingar och tjenarinnor ihogkommas med gåfvor af gods, penningar, kläder och smycken äfvensom trälar och trälinnor förunnas frihet.

A. 4.

In nomine Patris & filii & spiritus sancti amen. Cum mortis terminus cunctis mortalibus sit incertus, idcirco ego CRISTINA filia johannis Elefson, vxor birgeri peterson, graui corporis infirmitate laborans, meum in hunc modum condo & ordino testamentum. Vpsalensi Ecclesie lego decem marcas den. & pro fabrica ipsius ecclesie specialiter quinque marcas den. Jtem fratribus predicatoribus siktunie vbi corporis mei eligo sepulturam, sexaginta marcas den. Jtem eisdem do ad ornatum paramentorum ecclesiasticorum paraturas meas de argento dictas kapubonadh & skinnabonadh. Monialibus in sco decem marcas den. Fratribus predicatoribus skeningie quinque marcas den. Jtem sororibus apud sanctum martinum ibidem quinque marcas den.